



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Evsebivs || De Euangelica pr[a]eparatione

Eusebius <Caesariensis>

[Augsburg], 1522

VD16 E 4299

Quod non recte in omnibus Plato sensit. Cap. x.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34477

A
ue/
em/
cra/
ter/
em/
io/
ius/
nis,
ro/
in/
ffe/
pa/
nilo/
lam/
nig/
sse,
s &

LIBER TERTIVS DECIMVS 303

Horum alios bonos, alios prauos & esse & appellari. Hæc a scriptu/
raliudorum, id est a ueritate ipsa alienissima sunt. Sed unde sibi hoc
genus dæmonum constitutum est? Nemo enim mentis composa
corporali materia, quæ irrationalis est, rationalem naturam dæmo/
num unquam constituet. Quod si etiam ipsi emanationes quædam
superioris naturæ sunt, unde igitur nequitia in his posterioribus, q
a primis emanarunt, nata est? quomodo autem amaritudo a dulce/
dine processit? Nam si praui dæmones omnes tenebras & omnem
amaritudinem malignitate superarunt, quomodo ex defluxu meli/
oris naturæ ortū habuerunt? ex qua si emanassent, non mutari pro/
fecto ad peiora potuissent: si uero mutati sunt, non emanarunt cer/
te ab impassibili natura. Quod si neque a superiore natura defluxu
quodam emanasse ipsos ratione confiteri cogimur, nec a corporum
materia productos, sequitur non genitos esse, & sic ad corporum na/
turam non genitam, tertiam quandam naturam absq; ortu cum deo
uniuersi collocare uidetur, ita non erit sibi deus creator ac pater o/
mnium. Sed de his satis dictum est.

Quod non recte in omnibus Plato sensit.

CAPVT. X.

Nunc de anima quid sentiat uideamus, iam igitur cum im/
mortalem Hebreis similiter scripserit, ac ad dei similitudi/
nem formatam putauerit, substantiam eius tamen ex in/
diuisibili constare contendit. Dicit enim in Timao, gene/
ratione atq; uirtute priorem corpore, quasi dominam animam esse
productam hoc modo. Ex indiuisibili substantia inquit, quæ sem/
per eodem modo se habet & diuisibili, tertiam quandam substantiam
inter hæc extrema constituit, & quod multo peius est, diuinam illam
incorpoream rationalem deoq; similem animam ad asinos, lupos, for/
micas, apes, cæterasque bestias descendere afferit, & huic opinioni
absq; demonstratione aliqua cæteros adhærere hortat. Vsq; adeo
inquit in libro de anima errant, quo usq; cupiditate corporis rursus
corpori copulent, talibus autem copulant, quales mores prius in hac
uita comprobarunt. Nam q uentri atq; turpitudini deditæ fuerant,
asinorum & similium bestiarum corpora ingrediuntur, quæ rapa/

Hij ces



3024 DE PRAEPARATIONE EVANGELICA

ces atq; tyrannicæ luporum atq; accipitrum corpora ingrediuntur,
 quæ populares fuerant, & vulgarem modestiam atq; iustitiam con-
 suetudine cōmuni, non philosophia & mente approbarunt, uel for-
 micarum, uel etiam hominum rursus accipiunt corpora. Et in Phæ-
 dro ad idem inquit. Vnde singulæ animæ uenerunt ad decem usq;
 annorū milia non reuertuntur: non enim allatæ pennatae sunt an-
 te hoc tempus, nisi sedulo philosophatæ fuerint, aut cū philosophia
 puerorum indulserint amoribus: iste autem ter deinceps, si hanc ui-
 tam elegerint, post mille annos circumuoluunt, & sic allatæ atque
 pennatae, in tribus annorū milibus tandem perueniunt, aliæ yō post/
 quam hanc uitam exierint, aut sub terra damnatae puniuntur, aut in
 cœli aliquem locum leuatæ cōgruenter huic uitæ conuerlantur, &
 post mille annos ad quamcunq; uitam elegerint, utræcq; reuertuntur.
 Descēdunt enim etiam in bestiarum corpora, & ex his alia perioðo
 rursus corpora hominum ingrediuntur. In libris autem de republi-
 ca. Ab Orphei dicitur anima cygni uitam, muliebris odio generis,
 quoniam a fœminis occisus, nolebat fœmineum rursus uterum in/
 trare, electam fuisse, sed cygnus ait, humanam uitam elegit. Hæc cæ-
 teraq; huiusmodi scribens, non Hebræos, sed Aegyptios in hoc sicut
 secutus, quod certe non fecisset, si ueritatis esset amicus, quam falsita-
 tem non grauaremur refutare, si ratione aliqua niteretur. Nunc yō
 quoniā ipse sibi dissidet, relinquatur. Nam ut alibi ostendimus, im/
 piæ animas apud inferos æternaliter puniri scribit. Et ex his q; mo/
 do diximus, ex sententia sua corpus eligere afferit, piæ autē in sem/
 piterna in insulas beatorū profectas feliciter uiuere, in alijs & in Gor/
 gia scripsit Quomodo igitur in corpora redeunt? Sed hoc quoniā
 manifeste falso contemnendum potius est, quam refutandum. Illa
 uero sua opinio, qua rationalem animā ex diuina & ex passiva qua/
 dam atq; irrationali compositam esse arbitratur, a multis etiam Plat/
 onicis spreta neglectaq; est. Seuerus em̄ Platonicus in libro de ani/
 ma his uerbis hanc positionē Platonis aggreditur. Si ex passibili at/
 q; impassibili substantia diuinatus anima cōstituta est, quasi ex albo
 & nigro, mediis quidam color necesse est tempore dispareatis ex/
 tremis eam penitus disoluī. Quare nō immortalis, sed mortalis ani/
 ma erit. conceditur enim quæcunq; natura sine contrario non sunt,
 spacio



spacio tandem temporis disseparari. Si ergo anima quoq; ex impa-
sibili atq; passibili substantia facta est, necesse est quemadmodū sic/
cum ab humido, calidum a frigido, leue a graui, dulce ab amaro, al/
bum a nigro, sic & ipsam tempore distrahi, soluta contrariorū com/
pagine, cum unumquodq; ad naturam suam necessario tendat. An
non uidemus quod graue est, quamuis a leuiore uictum eleuet, de/
ferri tamen & ascendendi tarditatem atq; difficultatem leuiori con/
iunctione afferri sua: ac similiter leue quāuis deferri cogatur, ad su/
periora tamen nitit? Quaecunq; enim a duobus contrarijs cōiuncta
sunt, impossibile est eodem modo semper manere. Sed non est cer/
te anima hæc duobus contrarijs composita, sed simplex natura atq;
incorporea, unde Plato recte immortalem eam putauit. Verè quo/
niam ex anima & corpore constare hominem ab omnibus dicitur,
ac passiones quæ nobis sponte, contracq; accidunt, animæ passiones
essē dicuntur. Hoc signo multi seducti, possibilem substantiam eius
corporalem mortalemq; opinati sunt. Plato & o impossibile eius na/
turæ possibilem substantiam annexere coactus est. Quod autē ali/
ter se res habet, a virtutibus ipsius animæ actiuis conabor ostende/
re. Hæc de anima sufficient.

Quod nō recte de cœlo Plato sensit. CAP. XI.

De cœlo & o ac Stellis, quamuis a patre omnium Hebreis
similiter productas afferat quasi deos, tamen celestescun
ctas colendas consulit, sic in Epimenide dicens. Cœlum
inquit sicut omnes alios dæmones atque deos honorare
oportet, & nota ipsi apprime facere. Et post pauca, Deos uisibiles
maximos, colendissimos, perspicacissimos, ac omnino primos stel/
larum naturam dicendum est, deinde dæmones colendi sunt. Quo/
modo autem si hæc omnia facta sunt, ut ipse alibi testatur, sicut in su/
perioribus diximus, deorum cultu honoranda sunt: cum ille solus
creator omnium secundum ueritatem scripturæq; autoritatem co/
lendus sit. Hæc perstringere placuit, ut uideas q; rectissime a nobis
Hebraeorum scripturā platonica philosophia p̄positam esse. Ex his
autem, quæ nos scripsimus, facile unusquisq; cetera comperiet, quæ
tetigimus, non ut Platonem accusemus, quem sum nōpere admir/a/
mur, sed ut ostendamus quanto ipse distat a Mosaica & prophetica

H iij ueritate.